25505 E1505

Falki Godziebi — Donatio

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Paulus olim Stanislai Falkowski de Falki Godziebi, sanus mente et corpore existens, a foro suo proprio Terrestri recedens et huic se incorporando publice libereque recognovit. Quia Nobili Balthazaro olim Benedicti Falkowski et ipsius posteris bonorum in hereditate villae Falki Godziebi, sitorum tres sulcos a fluviolo [illegible] viam stratam Smarzen in area inter mettas Nicolai Brzozowski et Jacobi Falkowski, cum prato et aliis utilibus attinentiis nullis exceptis, perpetue dedit donavit inscripsit et irrevocabiliter resignavit perpetuis temporibus. Intromissionem illi exnunc cum pacifica possessione officiose acceptandam admittit. Praeterea tutionem eiusdem ab omnibus impedimentis cavet sub damnis et poenis. Pro quibus litteris execu[…] eum sit fecerit coram officio praesenti Castrensi Branscensi peremptorie de minoribus bonis eundem faciendo sub [illegible] absque omnibus Juris remediis peremptorie rendere se submisit. Et praesentem inscriptionem ex actis Castren. Branscen. acceptam ad acta Terrestria transferre consentit. Nulla praescriptione Terrestri obstante.

Brzosce Pulazie — Donatio

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparentes Nobiles Valentinus filius Alberti Brzoska et Albertus olim Felicis Brzoska nomine suo ac Jacobi Bartholomaei Mathiae filiorum suorum, sani mente et corpore existentes, a foro suo proprio Terrestri recedendo et huic se incorporando publice libereque recognoverunt. Quia Nobili Joanni filio eiusdem Alberti Brzoska et ipsius posteris bonorum suorum in hereditate Pulazie consistentes in area paterna ubi aedificia sunt constructa a via per villam tendentes ad sepem lapideam inter mettas Nobiles et Bartholomaei praefati iacentes quatuor sulcos una cum aedificiis et omnibus ibidem constructis pro quibus satisfecerunt, cunctisque attinentiis nullis exceptis necnon cum omni Jure suo dominio proprietate propinquitate ac titulo hereditario nihil ibidem sibi ex eisdem bonis reservando et excipiendo perpetue dedit donavit inscripsit et irrevocabiliter resignavit

perpetuis